

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Svmmvla Selectarvm Qvaestionvm Regvlarivm

Bonagratia <von Habsheim>

Friburgi Brisgoiae, 1665

Benedicere

[urn:nbn:de:bsz:31-160625](#)

præditorum, non solum Regulares, sed Seculares quoque Sacerdotes celebrare possint: In altari vero portatili Regularibus concessio, hi solum; siquidem privilegium celebrandi in Oratorijs prædictis sit locale, factum in gratiam ipsorum, domorum & prædiorum; aliud autem altaris portatilis sit personale ipsis Regularibus concessum.

BENEDICERE.

- 54. Benedicere est alicui bonum precari.
- 55. Benedictiones Ecclesiasticae solennes & earum vis.
- 56. Quædam sunt Constitutiva, quædam Invocativa: Personales vel Reales.
- 57. Aliqua sunt cum S. Uincione, alia non.
- 58. Benedictiones licita Regularibus.
- 59. Expenduntur Priuilegia.
- 60. Benedictio propria FF. Min. in fine Ieiunij Benedicti.
- 61. Alia singularis in festo S. Blasij Ep. & Mart.
- 62. Huius Ritus ac formula.

54. **B**enedicere est alicui bonum precari, LIV.
Bvidelicet à Deo omnis boni largito-
re, sicut maledicere est alicui imprecati
malum. Priuatim benedicere licet cuivis
F 2 vtrius-

Benedicere
regulista
& quoru-
plex?

vtriusque sexus fidelium, tam hominibus, quām rebus alijs sensu & ratione carentibus, quacunque verborum formulā, vel etiam solo SS. Crucis signaculo exhibito: Illis tamen præ reliquis conuenit, qui vel ratione statūs, vel sanctimonīæ, in Ecclesiæ excellentiores sunt, iuxta illud Apostoli Hebr. 7. sine vlla contradictione, quod minime est, à meliore benedicitur. Hinc duplex Benedictionum genus statuitur, vt aliæ dicantur Priuatæ, aliæ Publicæ sive Solemnæ,

LV.
Benedi-
ctiones/so-
lemnæ &
caræ vis.

55. Benedictiones solemnæ, sunt Ritus quidam seu formulæ Orationum à Ministris Ecclesiæ, ex eiusdem institutione super personis, aut alijs rebus sensibilibus pronunciari solitæ, ad impetrandum hominibus diuinæ gratiæ auxilium, & alia Dei dona. In hunc enim finem etiam res inanimatæ benedicuntur, vt nempè homines, vel spiritualium effectuum significacione ad maiorem deuotionem accendant, veluti cineris aspersio ad pœnitentiam, &c. vel ad deletionem peccatorum venialium. De quare S. Thom. p. 3. q. 87. a. 3. vel ad fugandos dæmones, & curandos morbos, vt ex precibus patet, quibus benedicuntur. Verum est, quod non operantur infallibili-
ter, sicut operantur Sacraenta Ecclesiæ, tūm quia vim eiusmodi habent non ex pa-

Et Dei expresso, quomodo Sacra menta, sed ex precibus Ecclesiae, & vtentium deuotione; tum etiam quia nobis aliquando non expedit, ut liberemur vel à morbo, vel à dæmonis vexatione. Dubium tamen non est, quin eiusmodi Ecclesiæ Benedictionibus, atque rebus benedictis, magna vis insit ad conciliandum hominibus, per Dei misericordiam, bonos motus Diuinæ gratiæ, quibus à peccatis mundentur, virtutibus augeantur, à periculis custodiantur vel eripiantur, &c. sicut Deo expedire visum fuerit suo loco & tempore. Cuius rei insignia exempla videre est apud Gretser. de Be- rebus *l. 2. c. 11.*

56. Benedictiones publicæ rursùs diuina- auxiliu- duntur in Constituti uas & Invocati uas. In- vocati uæ sunt, quibus à Deo vel rebus vel personis imploratur Diuinum auxilium. ConSTITUTI UAS sunt, per quas siue res siue personæ Diuino cultui destinantur, vnde rursùs alia personalis dicitur, v. g. Abba- atorum, virginum, sponsorum, &c. alia re- rum, puta vestium, Ecclesiæ, altaris, aquæ, curandos solei, &c. quibus aliqua specialis sanctitas inde impertitur, ut in profanos usus am- plius sine irreuerentia transferri vel appli- cari nequeant, etiam postquam Benedic- tionem non emiserint; quod fit, quando ita scin- duntur

duntur aut franguntur, ut amplius, ad v.
sum, ad quem destinatae fuerunt, apte non
sint, aut amplius priorem figuram non re-
tineant. Ex quo, etiam si reficiantur, denud
benedicenda sunt. Non est tamen contra
reuerentiam, quando res "eiusmodi etiam
S. Vnctione consecratae, vt sunt orbiculi
cerei, quos Agnos Dei nuncupamus, injec-
tantur in ignem pro extinguendo incendio,
aut in aquam pro sedandis tempestatibus
atque procellis, aut si bruis animantibus
appendantur, aut in ipsis etiam stabulis tu-
telæ causâ affertantur; cum ad hos & simi-
les usus, Imagines Agni coelestis repertæ at-
que institutaæ sint. Gretser. cit. c. 36. In quo-
dam tamen Prouinciali Concilio Mediola-
nensi sub S. Carolo Bortomæo vetatur, re-
ste Azor. to. 1. Instit. lib. 9. c. 9. q. 2. ne Agni
benedicti imagines in agros, campôsve ab-
ijciantur, aut arboribus affigantur, aut in
ramis arborum suspendantur; sed præcipi-
tur, idque ex antiquo instituto, vt in vineis
agrisque adoleantur ad suffumigationem,
ob imminentem tempestatem, fulgura,
fulmina, incendia, & grandinis vim, alias.
que diabolicas illusiones depellendas.

LVII.
Alia sunt
cum S. Gen-
tione, a-
lia non.

57. Benedicções aliquæ fuent cum
S. Vnctione, & propriè Consecrationes di-
cuntur, vt consecrationes Ecclesiæ, altaris,
calicis

amplius: alicis, patenæ, agni cerei, &c. alia verba-
meritis tantum sunt, & sine vocatione, vt aquæ,
gutram ualis, vestium. Benedictiones tūm consti-
tutiones, utiuæ, tum inuocatiæ, quæ solenni ritu
et ceremoniæ institutione Ecclesiæ sunt, à solis Epis-
copis & Sacerdotibus, nunquam autem à
Diaconis fieri possunt, vt constat ex praxi
Ecclesiæ. Sylu. V. Aqua benedicta. n. 1. Illæ
qua cum sacro chrismate fieri solent, Epis-
copalis Ordinis propriæ sunt, vnde ab Epis-
copo electo & confirmato nondum tamen
consecrato fieri non possunt. Benedictiones
constitutiæ retum, in quibus sacra vnu-
atio non interuenit, licet & ipsæ jure ordi-
natio tantum Episcopis competant, quia tan-
nen non sunt ex ijs, quæ competunt Ordini
Episcopalijure diuino, qualia sunt ordi-
nare, confirmare, &c. possunt etiam sim-
plici Sacerdoti committi à S. Pontifice, &
per consuetudinem alijs conuenire. Leza-
na V. Benedic. n. 5. cum Soar. &c.

58. Pro Regularibus extant hac in re LVIII.
plura priuilegia in Comp. Mendic. V. Bene-
dictio. Singulare est, quod refertur §. 14.
Leon. io. Qui concessit Generalibus &
Prouincialibus, ac Custodibus & Guardia-
nis FF. Minor. Obseru. pro tempore exi-
stentiibus, vt omnia & singula eiusdem Ordi-
nis & Obseruantæ, Ecclesiæ, cæmeteria, capi-
tula

F 4

Benedic-
tiones lia-
cera Rea-
gutare-
bus.

tula & oratoria vbi cunque existentia, tam n-
cepta, quam recipienda, ac paramenta & orna-
menta, & alia quæcunque ad diuinum cultum,
& usum fratrum necessaria, in quibus Christus
non interuenit, pro eorundem fratrum usu tan-
tum, solemni benedictione valeant benedicere.
Et voluit, quod hoc possint alijs fratres eiusdem
Ordinis, qui ad hoc in Capitulis Generalibus
deputati fuerint; ac quod similiter possint recon-
ciliare Ecclesias, &c. que quomodolibet, sanguini-
nis vel seminis effusione pollutæ fuerint, & bu-
cum aquâ per prædictos Prælatos benedita,
præsertim in locis remotis, vbi Episcopum aquâ
benedicentem, per duas dictas adire non potu-
runt. In isto priuilegio licet corporalia spe-
cialiter non exprimantur, computantur ta-
men sub illis verbis: ac alia quæcunque, &c.
Ea verò expressè concedit Innoc. 8. relatu-
in addit. P. Sorbo. & ad usum etiam alienum
extendit in priuilegio facto Congreg. S.
Iustinæ, 1487. necnon & participantibus
cum ijs, quo concessit, ut Priors Ordinis &
Vicarij in absentia Prioris. & quiuis habens n-
gimen, cuiuscunque Monasterij possit benedicere
Corporalia, vestimenta, ceteraque ornamenta
Ecclesiastica ad cultum diuinum pertinentia, tam
sui Monasterij, quam etiam vnde cunque sint.

LIX. 59. Verum huic postremo priuilegio
Expendit. duo videntur obstar. 1. Quod sit orac-
lum

um viuæ vocis, ut constat ex Comp. Soc.
Benedicere. Omnia autem oracula viuæ
vocis reuocauerit Greg. 15. in Conflit. Ro-
manus Pontifex. quam Urbanus 8. aliâ post-
modum Constit non solum confirmauit,
verum etiam ampliauit, adiectis pœnis
grauissimis Ordinum Generalibus, nisi in-
fra tres menses eam primò Provincialibus,
hi autem in Conuentibus suarum Prouin-
ciarum publicari fecerint. 2. Videntur ob-
stare plures DD. Cardinalium Declaratio-
nes, quas recenset Gauant. in Rub. Miſ. p. 4.
t. 19. n. 22. Illa verò præsettum, quam 1632.
13. Mart. refert Barbos. in Collect. Bull. V. Ab-
bas. n. 1. his verbis: *Abbates, Piores, Guar-
diani, & alij Religionum Prælati, etiam ex So-
cietate IESV, habentes priuilegia benedicendi
SS. vestes, cœmeteria & similia, dicto priuilegio
uti non possunt, nisi in ijs rebus, in quibus S. vn-
ctio non adhibetur, & pro seruitio duntaxat
Monasteriorum & Ecclesiarum propriarum. Ad
1. patebit Resp. ex dicendis V. Priuilegium.
vbi ostendetur hoc oraculum sicut & alia
quam plurima obtinuisse vim bullarem per
confirmationes aliorum postmodum Pon-
tificum. Ad 2. respondet Tamburin. de
Sacrif. Miſ. l. 1. c. 3. §. 2. constare de priuilegio,
non autem de reuocatione: posse
ad Regulares etiamnum talia benedice-*

re, tam pro suis v̄sibus, quām v̄su extero-
rum. Existimō hunc Auctorem ista dicere,
non quia illum lateat declarationes dictas
verē emanasse, aut fidē non habeat eas tam
distinciē verbotenū cum expressione tem-
poris, anni, diei, &c. referentibus, testibus
omni exceptione maioribus, prout est ab
eodem allegatus Gauant: rerum huiusmo-
di, utpote S. illius Congregationis Consul-
tor, peritissimus: sed quia Vrban. S. apud
Barbos. in Collect. Bull. V. Congregatio. sub die
11. Aug. 1632. decreuit, vt nulla fides illis tan-
quām declarationibus Cardinalium adhi-
beatur, nisi sint in authentica formā, solito
sigillo, & subscriptione Emin: Cardinalis
Praefecti & Secretarij eiusdem Congreg,
pro tempore existentium munitæ, aliàs mi-
nimè. Vel quod præstantissimi quoque
Theologi, teste P. Bassæ. V. Lex 4, n. 12. In-
trepidè tenent Declarationes huiusmodi,
licet maximi sint ponderis, & ab ijs rece-
dendum non sit sine firmissimo fundamen-
to, esse tamen Doctrinales tantum sicut la-
tas à DD. & Iurisperitis, neutiquam vero
definitiuas seu decisiuas vim legis haben-
tes; tum quia potestate condendi leges ca-
reant, tum etiam quia per modum legis,
eorum Decreta non promulgantur; quod
omnino necessarium est, præsertim in re-
uocatione

ocatione priuilegiorum, etiam per Bullas
pontificum. Vnde Baslæ cit. V. Lex. 2. n. 4.
quens de Pontificijs Constitutionibus: Si
a habet, ait, habitet in aliqua Prouincia, vbi eius-
expellendis leges promulgata non sunt, potest esse li-
cet in conscientia, etiam si illas leges non seruet,
us, prout uia potest uti probabili opinione eorum. Autho-
erum huiusmodi, qui defendant eiusmodi leges non obligare
in singulis Prouincijs, nisi ibi sint promulgatae.
Urbanus vel saltem consuetudine recepta. Communiter
amen ab omnibus receptum & approbatum est,
leges reuocatoriae Priuilegiorum. & Indu-
ordinationarum vim obligandi non habeant, quous-
que promulgatae sint, non solum in Prouincia,
ed etiam in Ciuitate ac Parochia. Hac ille ex
dem Becano & alijs. Quanquam verò etiam à
summo quoque Pontifice approbatæ refe-
rantur, Chastlain, tamen de Priuil. Reg. tr. 5.
Lex. 2. prop. 2. in Resp. 1. quam dat super De-
creto S. Cong. quod Iuperius V. Absolutio
quoad Secul. n. 40. retuli, dicit illam Decla-
rationem seu decretum, sicut & alia similia
decreta, solum esse sententiam Doctorum à
Pontifice approbatam, que non magis obligat,
quam sententia aliorum Doctorum, &c. Vide-
sis etiam super his notatu dignam episto-
lam Nauar. Doctoris excellentissimi, & in
Curia Romana nou modice autoritatis,
quam se cuidam Card. S. Congreg. scri-
ptam

ptam singulari studio verbotenus inseruit
suis Consilijs. l. s. de sent. Excom. cons. 13.
prioris edit. Verum de his judicium ferant
alij; ad rem præsentē quod attinet, quan-
tum ipse noui, videtur apud nos Priuilegi-
um istud benedicendi SS. vestes, etiam ad
vsum exterorum, sicut &c alia plura, de qui-
bus sparsim in decursu huius Summuli,
contra decreta seu declarations huiusmo-
di cæteroqui nobis nonnisi fortuidē fer-
cognitas, prorsus obtinuisse per diutunum
illius vsum ob Episcoporum raritatem &
multiplicem necessitatem, non inuitis ipsi-
dem DD. Ordinarijs, qui grauioribus oc-
cupati negocijs, hanc operam suis subditi
proficiam libenter concedunt.

LX.
*Benedictio
in fine le-
iunij, Be-
nedictio.*

604 Prater communes Benedictiones
inuocatiuas, quæ tum in Missali ac Rituall-
bus, tum libris ac libellis quamplurimis
habentur innumeræ, duæ sunt apud nos Ca-
pucinos in singulari deuotione. Prima est,
quæ dari solet à Superioribus in fine Qua-
dragesimalis Epiphaniæ Ieiunij, quod Ben-
dictam, vocamus, ideo, quia cum nullo
præcepto institutum sit, voluntariè id ieiun-
nantibus Benedictionem à Domino S. No-
ster Patriarcha imprecatus sit. Nullâ con-
stat hæc benedictio certâ verborum formu-
lâ, sed pro libitu benedicens, vel solâ aquâ
bene-

enedicte aspersione erga genuflexos co-
nt. Excom. am se fratres vtitur, vel ex ijs aliquam v-
is judiciorum patet, quas ante lectiones Breuiarii dicere
voleat Ecclesia, vel pro deuotione propria
pud nosque propriam excogitat. Communior
S. vestes atque & vsu antiquior est forma, quæ se-
alia plena uitur.

**BENEDICTIO DANDA FRATRIBVS IN
fine Ieiunij, Benedicta nuncupari soliti.**

Dominus noster IESVS Christus, qui
per jejunium 40. dierum Desertum
sanctificauit, ille nos benedicat & sanctifi-
cat, & ad hoc sacrum Ieiuniū vterius per-
petrare agendum, prosequendumque quoad vixe-
timus, animum viresque concedat, qui
in sanctum Patrem & Spiritu sancto viuit & regnat
in saecula saeculorum. Amen. tum aspergens
missal in fratres aquā benedictā dicat: Pax & Benedi-
cōtio + Dei omnipotentis, Patris & Filii &
spiritus sancti, descendat super vos & ma-
neat semper. Amen.

**FORMVL A LIA ET MODVS BEÑEDI-
CENDI FRATRES FINITO EPIPHANIAE IEIUNIO.**

Die 14. Februarii, finitā Collatione & pre-
parata stola violacei coloris, cum aqua Benedicta
Superior frates alloquitur similibus aut aliis
verbis. Dilectis

Dilectissimi in Christo Patres & fratre
Gratias agamus Deo optimo Maximo
qui nobis per suam piissimam Misericordiam
gratiam dedit ad Ieiunium hoc, Benedic.
Etæ, dico, ad benedictum Ieiunium ad filii
sui Iesu Christi imitationem & Seraphicam,
nostræ Francisci intentionem sano corpore
celebrandum. Nunc rogemus omnes una
nimiter eundem Dominum nostrum Iesum
Christum, ut nobis tuam latissimam per
Seraphicum Patrem nostrum promissam
Benedictionem misericorditer impertiri di-
gnetur. Gratiis igitur persolutis omnes ga-
nu flectant & Psalmum, Deus misereatur n-
ostri &c. perfoluant. Hoc fallo, & Psalmo Una-
nimiter persoluto; Kyrie Eleyson, Christe
Eleyson. Kyrie Eleyson, Pater noster, & so-
la coll. imposta.

¶. Et ne nos inducas &c. ¶. sed libera
nos &c.

¶. Memento Congregationis tuæ.
¶. Quam possedisti ab initio.

¶. Salvum fac populum tuum Domi-
ne. ¶. Et Benedic Heredi-
tatiæ.

¶. Benedicat & custodiat nos omnipo-
tentis & misericors Dominus.
¶. Amen.

¶. Domine Exaudi &c. ¶. Dominus
Vobiscum.

ORE.

ORE MVS.

Devotionem familiæ tuæ Domine Iesu Christe benignus intende, & quæ se per abstinentiam ad tui imitationem, macerabit in corpore; reficiatur in mente, & in tua semper benedictione lætetur. Qui vivis & regnas &c.

v. Adiutorium nostrum &c. v. Sit Nomen Domini &c.

Per Intercessionē Beatissimæ Dei Genitricis Mariæ ac Seraphici Patris nostri Francisci, omniumq; Sanctorū, copiosa descendat super nos Dei Patris Omnipotentis & Filii Iesu Christi, & Spiritus Sancti, Benedictio, & maneat semper. Amen.

Abergantur fratres aquā Benedictā.

Ista Benedictio, cum apud nos maximi semper habita sit, & credita præsens ac efficacissimum Medium, gratiam à Deo impetrandi (per merita sacratissimi illius Iesu Christi, quod Christus D. ac Redemptor noster peregit, ac intercessionem S. N. Patris Francisci, qui ad imitationem eiusdē idem studiosissime coluit, suisque filiis, cum promissione cœlestis gratiæ, commendauit) perseverantis obsecuatiæ Seraphicæ nostræ Regulæ; ad cuius Ieiunii principium proinde superiores sibi subditos piâ adhortatione excitare solent, ad augendam illius devotionem

votionem & perpetuam eiusdem continuationem ; lubet hoc transcribere qua P. B
uerius to. 1. Annal. Ordinis An. 1558 sequent
verborum tenore enarrat. Circa hac tempora, inquit, cum in quodam Umbriae Provinci
Conuentu, hanc Epiphaniæ Quadragesimam,
qua ob Dei Benedictionem, quam S. Pie ieiunantibus pollicetur, benedicta appellari solet; Guar
dianus ac tota simul familia religiosè custodi
sent: iam dies extremus aduenierat, quum fra
tres benedictionem, de more genuflexi, à Guar
diano postulant: quibus Guardianus his verbis
respondet: Filij, siquidem B. P. noster Frans
sis, hanc Quadragesimam ieiunantibus, dū
benedictionem precatur illis verbis. Sanctam
verò Quadragesimam, quæ incipit ab Epi
phania, usque ad continuos quadragesima
dies, quam Dominus suo sancto ieiunio
consecravit; qui voluntariè eam ieiunare
benedicti sint à Deinimo: haud meum est, sed
Dei tantum modò hanc vobis benedictionem im
pertiri; quapropter satius est, ut yna omnes in
Ecclesiam conuenientes, ad Christi Salvatoris
pedes prostrati, eam nobis ab eo fusi precibus
exoremus. Acquiescent omnes, deuotè Ecclesiam
perunt, cunctisque ante ligneam Crucifixi sta
tuam, quæ altius supra Presbyterij cancellis
eminet, procumbentibus: Guardianus quinqui
es Dominicam Orationem & Angelicam Sal
utationem

cionem persoluendam indicit: quā persolutā
 eribute qvarior ipse Guardianus, tum ceteri omnes vo-
 em, Am. 1551 Benedicite, conlamantes, à Domino be-
 at. Circa benedictionem postulant. Planè mirabile dictu
 m Publia Dextra illius Crucifixi manus, magno cum fra-
 nia Quibzore è cruce soluitur, protensoque Crucis sig-
 n, quan, 120, illis benedicit: qui cœlesti omnes suavitate
 appellans repleti, ac vberes præ volupitate lachrymas ef-
 fusa religio fundentes, Domino gratias agunt; quoniam
 bonus, quoniam in saculum misericordia eius.

Hæc ille.

61. Altera benedictio, quæ in templis nostris maximo populi concursu quotannis confertur; dié Februar, est S. Blasij contra morbos & affectus malignos gutturis, cuius originem quia paucissimis notam experior; atque eiusmodi Benedictiones, vt initio huius tituli præmonui, non ex opere operato, vt aiunt, more SS. Sacramentorum, sed ob merita potissimum Sanctorum, preces Ecclesiaz, ipsam quoque fidem ac deuotionem recipientium, vim habeant; non ingratum fore credo, si ad pietatis augmentum, hic etiam adscripsero, quæ hæc de re ex Metaphraste scripta reliquit Surius in vita S. Blasij Episcopi & Martyris, dicto die 3. Februar. Non solum, ait, curabat homines, sed etiam jumenta & bestias. Cum itaque contigisset aliquem os deuorare, vel aliquid eiusmodi,

G repente

LXI.

*Alia fidē
gularis in
festo san-
cti Blasii.*

repente ad eum afferebant patientem & per sanetas suas preces eū statim reddebat sanum. Contigit itaque ut filius cuiusdam mulieris, qua cū habebat unicum, partem piscis comedens, os repente deuoraret & mutus maneret. Cū ergo mater pueri de Sancto audiisset, eum allatum proiecit ad eius pedes semimortuum, cum fleu clamans & dicens Sancto: Miserere mei filij, serue Seruatoris nostri I E S V Christi, est enim mihi vnigenita: narravitque Sancto, quid filio suo repente accidisset. Sanctus autem Dei & magnus sacerdos Blasius, manu impositā guttū pueri, sic orauit, extendens in cœlum oculos, & Deo dicens: Qui ihs, qui te inuocabunt in veritate, præstid suis filii adiutor, ô Seruator, audi misericordias, & spinam infixam huic puerō, tuā, que sub aspectum non cadit, virtute, ei exime, eum curans: & de cætero seu in hominibus seu in pueris, seu in bestijs tale quid contigerit, illuc autem recordatus fuerit aliquis mei nominis dicens: DEVS, intercessione serui tui Blasij acceleratuuum auxilium: fac cirò in eo curationem ad gloriam & honorem sancti tui nominis; Et cū hæc ipse dixisset, puerum statim sanum restituit sicut prius, & eum reddidit matre sua, ore nunquam silente, Deum laudantem atque glorificantem, &c. Miraculi huius meminit sic breuiter Romanum Breuiarium in lectione de S. Blasio: multos agrotos sanauit,

qui

qui ad Blasium, eius famâ sanctitatis adducti, deferebantur. In illis puer fuit, qui desperatâ à Medicis salute, transuersâ spinâ faucibus inhærente, animam agebat, &c. Ipsam Benedictionem commendat & contra hæreticorum calumnias defendit Gretser. citato libro, singulari c. 33. quod de cereis S. Blasij inscribitur.

62. Huius Benedictionis Ritus obseruatur talis: Sacerdos, finitâ Missâ, depositâ Casulâ & Manipulo, singulis manibus tenet cereum vnum priùs benedictum & accensum: vtrosque cereos in parte inferiore decussatim iunctos in modum crucis, sub mento gutturi cuiusvis benedicendorum, qui turmatim ante altare, seu cancellos Presbiterij genuflectunt, applicat, dicens: Per Intercessionem S. Blasij Episcopi & Mart: liberet te DEVS à malo gutturis. In nomine Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen. Benedictio autem cereorum ex Sacerdotali Romano antiquo impresso Venetijs 1585. c. 13. De Bénéfice panis, vini, fructuum, &c. in festo S. Blasij contra malum gutturis, est sequens.

¶. Adiutorium nostrum, &c. ¶. Qui fecit, &c. ¶. Domine exaudi, &c. ¶. Et clamor, &c. ¶. Dominus vobiscum. ¶. Et cum spiritu, &c. Oremus. Omnipotens & mitissime Deus, qui omnijum mundi reges.

rum diuersitates solo verbo creasti, & ad hominum reformationem illud idem verbum, per quod facta sunt omnia, incarnatus voluisti: qui magnus es & immensus, terribilis atque laudabilis & faciens mirabilia, pro cuius fidei confessione gloriolus Martyr & Pontifex Blasius diuersorum tormentorum genera, non pauescens, martyrij palmam feliciter est adeptus, quique eidem inter cæteras gratias hanc prærogatiuam contulisti, ut quoescunque guttulis morbos tuâ virtute curaret: Maiestatem tuam suppliciter exoramus, ut non inspectu nostri reatus, sed eius placatus meritis & precibus, hanc creaturam cere Bene dicere & sancti fificate tuâ venerabili pietate digneris, tuam gratiam infundendo, ut omnes quorum colla per eam ex bona fide ta ta fuerint, & quoescunque guttulis morbo, ipsius Passionis meritis, liberenetur, & in Ecclesia sancta tua sani & hilares tibi gratiarum referant actiones, & laudent nomen tuum gloriosum, quod est benedictum in sæcula sæculorum. Per Dominum nostrum, &c. R. Amen. Aspergatur cerei aquâ benedictâ.

CAPITVLVM.

63. Capitulum quid sit & quotuplex?

64. C. 1